

1749  
d

9C8

Z, G, g.

9 C 8



COLLEGIUM ORATORIUM  
GYMNASIO MERSEBURGENSIS  
GURGELIS OTTIMI TURINENSIS  
AGADEMIAM IPSIENSIS  
MAGISTRIATIS TUTORIOS CALVORUM  
COMITA  
VA ASIRIUM ET HODICIOVM  
MARTINUS HOPFINGER

L 193

II

AD  
ACTVM ORATORIVM,  
QVO  
GYMNASIO MERSEBURGENSI  
QVINQUE OPTIMI IVVENES,

PERACTIS CVM LAVDE STVDIIS SCHOLASTICIS  
ACADEMIAM LIPSIENSEM

PETITVRI,

VALE

D. XVIII. MAJ. A. C. CLXXXI  
PVBLICE DICENT,

MÆCENATES, PATRONOS, FAVTORES,

QVA PAR EST, ANMI OBSERVANTIA  
PEROFFICIOSE INVITAT.

PRÆFAMINISQUE LOCO QVÆSTIONEM:

COMETA  
AN ASTRVM SIT PRODIGIOSVM?

BREVITER TRACTAT

M. BALTHASAR HOFFMANNVS,  
RECTOR.



Venadmodum calum politicum, quod ab Oratoribus, ob rei convenientiam, haud raro appellari solet, hunc ipsum, quem vivimus, quadragefimum hujus seculi & secundum annum, non unis ex causis, in primis vero Novi Imperatoris Romani electione & coronatione, prorsus memorabilem iis redditum, qui publicarum rerum non omne detrectant studium: ita calum pariter stelliferum eodem fere tempore, mens mirum Februario ac Martio, novo quodam astro, omnium, quibus per continuam tempestatis injuriam licuit, ad fē traxit oculorum aciem; Cometam scilicet, aliis terrificum, aliis gratissimum fidus, contemplandum exposuit, eodemque natura spectaculo, ejusdem hujus anni memoriam & nostrā & postera extat notatum dignam insigniter commendavit.

Multa profecto multorum, & veterum & recentiorum Philosophorum de Cometa rum causa atque origine est contentio. Isthmum perfodere videbatur, si singulas quo rumlibet, satis monstruosas interdum & abstrusas, opiniones in scenam revocare induc remus animum. Fuerunt, qui cum ARISTOTELE Cometas Meteoris ignis annumerant, adeoque inter sublunaria collocarunt corpora; quam tamen sententiam SENECA in *Quaestione Naturalibus*, Libr. VII. quem totum Cometarum pertraactationi dedicavit, fecit examinat, multis rationibus impugnat, strenueque refutat. Alii cum KEPLERO, HEVELIO, PETTITO, qui tamen deinceps mutavit assensionem, ad Planetarum effluvia confugerunt, quorum ex vaporibus extra atmosphaeram suam confluentibus, Cometæ Lunares, Solares, Joviales, & reliqui, enascantur. CARTESO, stellas nonnunquam in plan etam & cometam degenerare, haud absふon statuere vifum est; cuius mutationis modum ac rationem, insignis ejus interpres, ANTONIVS LE GRAND in *Historia sua naturali*, clariori affundere luce multo conatu laboravit. Quid? quod Anonymous aliquis, qui, referente MORHOPIO in *Polyhistore* Tom. II. Libr. II. Part. II. c. XXIV. sub Mercurii Plat onizantis nomine latere voluit, in libello, *Cometa malus genius*, inscripto, demonstrare studuit, Cometas angelos malos, stellas autem bonos esse angelos; & que sunt hujus farina alia, magnorum exterquoquin virorum, de Cometarum ortu placita; que vastissimo opere, ingenti congesit opera, ediditque STANISLAVS LVEBIENIZKIVS in *Theatro Cometicō*; cui, prater Ricciolum, Hevelium, Weigelium, omnes eos, qui de Cometiis, diversis temporibus visis, multo numero scriperunt, accēsemus. Quam vero supra laudatus SENECA citato Libro cap. XXII. repudiatis aliorum de Cometa insomniis, cupidis sui avi calestium orbium fructuatoribus, his verbis: *ego nostris non assentior; non enim exillimo Cometem subitanum ignem, sed inter eterna operanaturae, solidius explanandam propinavit sententiam*, recentiorum seculorum doctores non tantum suo assererunt calcu-

III

calculo; sed spem etiam, vaticinantis philosophi, illorumque defectuum emendationem per temporum longinquitatem expectantis, mirum quantum expleverunt. Venustiora sunt verba ejus, quam quae silentio præteremus. *Veniet, inquit, tempus, quo ista, quæ nunc latent, in lucem dies extrabat, & longioris ævi diligentia.* Ad inquisitōrem tantorum etas una non sufficit, ut tota celo vacet. *Quid, quod tam paucos annos inter studia ac vitia non æqua portione dividimus?* Itaque per successiones istas longas explicabuntur. *Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos necesse murentur.* Immo vero, venit tandem. Infinita enim summorum ingeniorum patientia, multisariisque observationibus, vario tempore, loco, modo, institutis, typo publicatis, & ab aliis nova lucubratione, meditatione, experimentis, denuo auctis ac confirmatis, doctrina de Cometi adeo expedita atque aperta hodie res est, vt vel mediocris judicii homo, vix ac ne vix quidem dubitet, quin Cometi suum in stellarum ordine à principio rerum una conditarum concedat locum, solidaque & opaca corpora à sole suo radiis illustranda statuat. Definiunt scholæ afronomorum Cometarum observatorum numerum; monstrant perspicue, quæ sit novarum stellarum Cometarumque discepantias, indicant, qui Cometa sunt facti, qui veri; qui dicantur barbati, caudati, criniti, vel his careant accessionibus; docent, qui diurni vel nocturni, qui vespertini, vel matutini sunt appellandi; designant orbitam & celestia signa, intra quorum regionem motum continent; explicant phænomena, que vel omnibus cometis communia sint, vel quibusdam peculiariter adhaerent. Iter, quod absolvunt, indeque temporis intervallum, quo absolvant, nondum ita in liquido esse videtur, ut extra omnem dubitationis aleam sit positum. Nec tamen defuit CASSINI, NEPTONI, HALLEJI, BERNOULLI aliorumque indefessa solertia, quin & hunc lapidem removere, cunctaque pro viribus obvenire ambiguitati, omnem navarini operam. Et quamvis arduum isthac negotium multis adhuc conjecturis innitat: veniet tamen & ea forsan temporis felicitas, ubi & hæc intricata & difficulter erunda, tandem enucleabuntur. Id quod tum demum videbimur consequi, quum prædictioni, de Cometi definito tempore redditur, certus indubitatusque seculi atque iterum responderebit eventus. Qua in re, prater jam allegatos Viros celeberrimos, egregiam plane spem fecit Vir *Præclarissimus*, M. CHRISTIAN. GOTTLIEB SEMLERVS, qui nuper, occasione Cometae hoc anno in astrictis observati, non tantum eruditissimum de Cometi, in primisque de nostro Cometa, scriptum cum orbe literato communicavit; sed etiam, præmissis notis seu characteribus, quibus redeuntes Cometae novis sint dignoscendi, vestigia & rationes explicat, que ipsum credere moverint, Sidus nostrum jam sapienti olim apparuisse, & post undecim circiter annorum decursum, idem iterum appariturum. Transeò, qua Vir literatissimus contra *Præclarissimum HAXIVM*, Schole Brandenburgensis Rectorem, aliquosque erudite disputat, Strellam Magorum ad Christum venientium non Cometam fuisse, demonstraturus.

Verbofior fui in Cometarum historia, quam quidem propositum erat. Ut ne itaque extra oleas vagari videar, dubium, an *Cometa sit astrum prodigiosum?* jam dissolvere periculum faciam. Antiquis temporibus communis omnium, literatorum aque ac vulgi sicut opinio, tristia atque calamitosâ plerumque, raro lata & felicia præfigire cometas. CICERONEM si confulas, audies, *Cometas prænuncios esse magnarum calamitatum.* PLINIVS Cometem *sídus* vocat *terrificum*; TIBVLVS ait: *belli mala signa Cometes.* IVCANVS canit: *Viderunt per inane faces, crinæque timendi fidemis & terris mutantem regna Cometen:* VIRGILIVS autem: *Si quando nocte Comete sanguinei lugubre rubent.* Omnium itaque eadem fere vox est. Historicorum si exquiras judicium, lèxcentis afflent exemplis, funesta semper, bella scilicet, famem, Principum mortes, regnorum mutations, & alia mala hoc siderum genus prædictissime. Tantumque abest, vt nostra secula opinionem hanc inveteratam averruncaverint, vt potius novas identidem egisse radices videatur, quod omnia Chronica, si caput de prodigiis evolvas, teftantur. Lubrico autem fundamento vanam hanc imperitorum opinionem nisi, vel inde patet, quod lata feliciaque interdum, interdum plane nulla sequuta fuerint evenia. Repugnat itaque ipsa experientia. Repugnant leges Astronomicæ, secundum quas Cometae sunt sidera,

que

quaꝝ suo ordine naturali certis temporibus oriuntur & occidunt, adeoque nihil portenti in ſe continent. Præterea, quod palmarium eſt, noſtrum non ingrediuntur Athmospharam, unde igitur influxus? Repugnat ſana ratio: cui enim regno, cui ciuitati, cui Principi, tanta altitudinis ſtella cum certitudine aliqua definiret ſua fata, cum multis ſimil impendeat? & quomodo definiret, cum alterius mors, cædes & interitus, alteri in imperio ſucceſſionem, ſalutem, victoriam conferat? Accedit, cruentiflma bella ſæpen numero fulle gera, exſpiraffe ſumma rerum publicarum capita, aliaque adverſa accidit, fine præcone Cometa. Immo, quicquid demum fint Cometæ, quo quaſo pacto liberas hominum actiones determinarent? Repugnat denique sanctillimum divinum *Numinis verbum*, vt pote quod ſerio homines à vana lignorū caeleſtum ſuperſtitio paſſum, ceu re idololatrica, prohibet. *Cometæ itaque nec iræ, nec gratie divine indicia ſunt.* Quod fi ſuis autem Cometam ante Urbi Hierosolymitanæ excidium rēſpiciat, ille ſcito, ejusdem nullam in ſacris mentionem fieri literis; deinde intelligito, improprie Cometam appellari, nihilque aliud, ſecundum Aſtronomos, niſi Meteoron vel Phœnomenon fuiffe; quorū ſtella & Stellam Magorum, vel, ſi mavis, ad Angelos Dei, qui in ſacris pandectis ſtellaſ vocantur, referunt. Fugia itaque tandem aliquando fuſperſitio, ignorantia filia; triumphet ſana veritas. DEVS immortalis duntaxat timendus, ejusque præcepta cuſtodienda. Quotidiana ē ſuggeſtu ſacro Antilitum ad populos oratio, vt rite sancteque colant Numen, omnium longe ſuperat concinnatarum ſtellarum vana portenta. Moſen habemus & Prophetas; hos audiamus! Ceterum nemini hanc noſtrum obtruditimus qualemque meditationem: plura autem eodem de argumēto qui legere cupit, legat 10. ANDR. BOŠI librum, quo edidit de ſignificatu Cometarum diſſertatione & iudicia doctorum hominum; quocum etiam, ſi lubet, conſerat PETRI BAILII de Cometiſ tractatum.

Vobis autem, Juvenes politiſſimi, ſtudiis moribusque ornatissimi, Vobis, inquam, qui Academiam propediem ſalutaturi eſtis, more quidem poëtarum, felicia aſtra, ſed puriore ſenſu, ejus nimirum gratiā & provideriā, qui cælum & terram, aſtra & homines gubernat, toto pectore appreco. Prodiſe jam, duobus ſipati communitibus ſuavitatim, qui Prologi & Epilogi partes ſponte in ſe firſte peruerſerunt, prodiſe, inquam, pietatis veſtræ & diligentia ſpecimina, quaꝝ pro arbitrio elegiſtis, eo in loco, quem ſepiuſ ornaſtiſ, vitium perorando exhibiſtū.

*Jo. Daniel Mulert*, Burg-Kennizenſ. Sax. de Hercule in bivio.

*Jo. Christian. Vſcbmann*, Megamonran. Thur. de Opibus in multis in felicitatis cauſa.

*Jo. Henr. Eugel*, Merleb. Cultoris bonarum artium cum Iafone comparatio.

*Philipp. Christian. Forſter*, Merleburg. Germania pacem anhelans.

*Jo. Michael Barth*, Scudizenſ. Miſi. Laus artis medica.

*Ludov. Christian. Henr. Zippfel*, Scudizenſ. Miſi. Encomium Vrbis Lipſiensis.

*Gottlob Henr. de Döring*, Eqv. Miſi. de Peregrinationibus literariis.

Quos, vt Gravifſimi MÆCENATES, PATRONI, FAVTORES, AMICI, benigniſſime audiatis, auditoriumque noſtrum honorifica veſtra preſentia reddatis ſplendidiuſ ornatiusve, demiffe & perofcioſe rogamus. Dab. Merleburgi d. XVII. Maii

A. P. R. S. c. 1000 XXXXII.



**T**ibi summe Reuerendi, Generosissimi,  
Consultissimi, Praenobilissimi, Amplissimi,  
Doctissimi, Patroni atque Fautores, qua  
par est pietate colendi, suspiciendi.

1.

**Q**uodsi mente nostra ad antiquiora mundi rece-  
dimus secuta, accurataque maiorum mores scientias  
que animi trutina examinamus, praeter alia animad-  
uertimus, sapientiam illis symbolicam, multisque  
fabulis inuolutam in usit parvissim familiaris facisse.  
Si praecipue oculorum uicem dirigas in Aegyptio-  
rum sacra, satis clare apparet, multifaria eos  
dem in nudibus incultisque illis temporibus signa  
atque notas hieroglyphicas innuuisse, quibus omnes  
eorum doctrinæ praeceptaque sapientiae sacre pari-  
ter atque profanae obscura quadam ratione inclusa  
fuerunt, ut pote qui uoluerum ferarum, altiarumque re-  
rum imaginibus doctrinarum suarum arcana consigna-  
re solebant; de quibus Tacitus, Primi, inquit, per si-  
guras animalium Aegypti sensus mentis effingebant.  
Cuius rei forsitan causa haec fuit, ne aliud sine graui  
opera atque labore ad eandem, quam ipsi tunc tem-  
pore tenebant scientiam, penetrandi daretur copia,  
ad eoque usi ipsis semper aliquo eruditioris quasi

2. retineretur monopolium. Hoc deinceps eadem in re imita-  
ti Graeci, praecepta sua legesque sciendi non in imagines  
solum, verum in primis etiam in complures arte factas im-  
plicuerunt fabulas; et in quidem forsitan eo fine, ut ad-  
lescentium animis scientias et sapientiae doctrinas e-  
discendi exercendique adduceretur stimulus. Quem qua-  
jo insignia Orphei Amphionisque nomina, mirandaque  
de eorundem factis narratione non rapiat in admiratio-  
nem. In tanta autem exemplorum sequente invenunda sem-  
per notatuque prae ceteris dignior fabula uisa est,  
quam de Hercule in binio constituto prisca memoriae  
proligerunt: quam Prodicus, antiquissimus rhetor pri-  
mum, et post illum Xenophon optime descriptam re-  
liquit; etiam si alii eandem fabulam de aliis, et in pri-  
mis Silius Italicus de Scipione Africano maiore  
referent. Tetus autem istud de Hercule monumentum no-  
strum iam facimus, pauca quadam pro scopo nostro,  
Vesta, Viri Grauiissimi, pate, de laudabili iuueni shu-  
ius instituto in praesentia commemoratur.

Hercules itaque, a latri fortique praeditus inge-  
nio, cum ephesus aetateque adulteri factus esset, secum, quam  
uincendi uiam ingressuram sit, meditabatur. Ambiguis au-  
tem die ultra citroque agitatus cogitationibus, excedi  
in solitudinem consilium capiebat, ratus, ibi sine impedimen-  
to et ultteriori meditari, et tandem certum aliquod  
uiuendi genus se constituere posse. Quo facto, cum

ad huc diu multumque dubitaret, duas vias, duasque in  
illis sedentes obuias habuit feminas.

3.

Quarum altera lactuia ueste induita cum lenocinari-  
tibus sive quoque oblitis sic allocuta est eum uerbis: Que  
quaeso, amande iueneris, subest causa, quae impedit quo  
minus huc progrediari? Adspice hoc, quod te inuitat,  
iter, cui aliud nec pulchritudine antecellit neque incundi-  
tate! Atliciuntne flores blandissimi, quorum etiam in  
fruticis rarissimaeque arbores fructibus suis dulcissimis  
mire adaugent amoenitatem? en! omnia, quae animum de-  
lectare sensusque exhilarare queunt, et piose offeruntur.  
Quid itaque lactissimam hanc incedere uitam diutius  
dubitabis? Aduola, et seco, mecumque esto! omnia, quae  
oculis exposita uides, tuis dicabo delitio.

Tunc altera, cui aqua modestaque uestis erat, his uer-  
bis eum honestissima affabatur fatie: Hac me, adote-  
scendo, sequere, si ueram quaeris felicitatem. Ecce hic  
parum delectationis iuuenis, quamvis recreacionis loco  
grauem suscipio laborem, et si nec pictos flores, nec arbo-  
res iuiciendas, sed spinas, saxa, rupes, colles atque ual-  
les transis, summa tamen in fine suius trahit laetitia  
te expectat atque tranquilitas. Quid? hanc impudica-  
illa alto supercilium excipiebat, tu fastidiosa, istum  
abs me tonaris abalienare? et ad Herculem: Hand, in-  
quit, sequere illam; sed, meliore dignus sorte, ueni potius,

A. et otio iocoque sine omni molesta indulges, omnibus utere,  
quae libera manu menteque tibi propino.

Jamque in eo erat, ut hisce deliciamentis motus, eius  
premeret uestigia, cum altera hoc eum leni alloquio a suore  
tineret proposito: Hem! iunenio, desine, queso, loquaculæ  
illi diutius commodare aures, et me in aspero hoc calle  
sequere; sic enim, et si labore in praesentia hand carero,  
olim prosper eris. Animaduerte illius uiae exitum, quam  
periculosa, quam ineuitabilis te expectet palus: uide  
contra splendidam illam artem, quo haec uia nos ducit.

Hercules ambarum stupefactus sermone, quorsum  
iter dirigat, nesciebat; cupiditate tamen sciendi accensus,  
quæ malieres hæc sint, nomina sua ut confiterentur, ex-  
poscit. Nox altera fronte erique laetuo: Ego appellor  
Voluptas; altera nero: Ego, moleste inquietab, sum Virtus.  
Hic Hercules intellectus, breuite r' re secum reputata,  
spreta uoluptate, uirtutis de legit tramitem; suo postmo-  
dum edocet exemplum: Virtutis cultorem ueram metere  
felicitatem.

Hac sub fictione summan proponi, ut supra mo-  
nuimus, veterum more, Sapientiam, quis est, qui diffite-  
tur? Vel uirtus, vel uitium cuiuscunque hominis cursu  
determinat: quarum alterutra uitiorum moreisque humanos ad  
simulacrum suum format atque effingit. Quemadmodum  
itaque Hercules duas ante se uidebat vias, quarum  
altera ipsi pro arbitrio erat ingredienda: ita cuilibet

alii inueni, in primis autem in studia incumbenti et virtutis  
 et voluptatis patet via. Itinam! omnes Herculis ex-  
 citati exemplo, repudiatis voluptatum illecebris, unam  
 virtutem presso pede sequerentur. Dolendum autem tam  
 multos ad deteriora potius, quam ad honesta decoraque  
 deflectere. Praua voluptas complures adeo fastidire  
 uidetur, ut virtutem quasi reformident, mitissimamque  
 eius disciplinam omni exactant ratione, uitiorum le-  
 noicium tubentius parentes. Desidia, otium, lusus,  
 crapula, luxuria, aliaque huius gregis monstra no-  
 bilissima saepius exceacant ingenia, ut omnibus ad-  
 monitionibus prudentum virorum longe posthabitio,  
 in proprium sponte sua ruant exitiunt. Cestam enim iu-  
 stissimi Numinis contra se armant iram; parentum pae-  
 ceptorumque exitiant suspiria; patronorum fautorumque  
 incurvant odia, contentumque sibi apud omnes contra-  
 hunc bonos: ut faciem quae sibi ipsi culpa sua fabricen-  
 tur detrimenta. Quid enim literatus sine literis atque  
 moribus? Membrum certe reipublicae prossus inutile  
 est atque putridum, quod resecandum magis, quam fiuendam  
 nutriendumque uidetur. Qui vero ingenua fronte can-  
 didoque pectore, sufficiatis prauis cupiditatibus, recta  
 virtutis incedit uita, qui tempus non otio, nec aliud hallu-  
 cinationibus, sed summo studio terit atque labore, cui cer-  
 to literae constant pretio, qui scientiam suam nonio quo-  
 tidie cumulat accessionibus, sic sane etum Hercules  
 optimum sibi uitam legendi elegit cursum. Deum habet

propitium, parentum doctorumque sibi conciliat amorem, patrorum sibi parat fauorem, totius reipublicae acquirit applausum, et ipse studio suo ad summa peruerit eruditioris Latumina; nihil enim tam alte a natura constitutum est, quo virtus non possit eniti. Hac tandem ratione strenuus literarum uirtutissime cultor aeterna laboris suae pit praemia, ad meritamque gloriam mirifice adspicit.

*E*t eiusmodi non minus uirtute quam studiis insignes nostrum etiam Gymnasiū alit commilitones, qui-  
bus non lubrica illa uoluptatis, sed splendida uirtutis  
uia singulariter semper arrisit. Quos non tantum spes  
cum omnem scientias sapientiacque doctrinas probe dissen-  
di adhibuerunt sc̄olasticā, nunquam fecellit, sed insignem  
etiam artium messem hucusque collegisse et iuuat et de-  
lectat. Qum uero non nulli ex coetu nostro egregiū in-  
uenies, ad magis magisque augendas ingenii dotes, scholas  
academicas in posterum frequentare parentum doctorum  
que consensu apud se constituerint, hora iam instat,  
ut campum huic, quem haud raro suis ante ornarunt de-  
clamationibus, ultimum ingrediantur. Prodibunt itaque  
suo ordine, breuique singuli oratione id, quod cūlibet pro  
arbitrio suo tractatore aliqua lignum est uisum, argu-  
mentum explicabunt, benevolam sui memoriam, munere ul-  
timum uale Patronis, Factoribus, Amicis pia grataque

mente dicendi ad unum ex commilitonibus pro consuetudine delato, uel his ipsis diligentiae specimenibus quae lebet pietate commendaturi.

Faute itaque, omnium ordinum Auditores Speciissimi, Honoratissimi, faute, inquam, mente et lingua, facturosque uerba eadem dignamini identicem clementia et animorum propensione, qua iam iam Vesta præsentia et Praeceptores, et peroratores iuuenient, uniuersumque coetum mirum quantum exhilarantibz. Noua haec sunt patrocinii Vestri documenta, quae, qua pars est peitoris ueneratione praedicamus, colimus, ex osculamur.



Das ist der Leid und das Leid der Freude  
und Leid der Freude. Und das ist das Leid der Freude  
und Leid der Freude.

Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.  
Und Leid der Freude. Und Leid der Freude.

De Opibus in multis infelicitatis  
causa.

V. Schmann.

*C*essidunt opes, irritamenta malorum!

Opes, dicitur facultates sunt illud, quod omnes maxima cum ardentia querunt homines. Harum desiderio fere totus terrarum orbis flagrat. Sunt idolum, quod plurima pars mortalium summa admiratione veneratur. Sunt metra ad gran multa millia hominum certatim confluent.

Cur id vere est? Causa causa, qua homines commoti dixi-  
tia tanto fervore appetiunt? Nihil sine procul dubio est,  
nisi naturalis ille instinctus, quem Deus ex natura cuilibet  
indiderunt hominum, suam fortrem emendandi etiam felici-  
tatem promoverendi, et quam persicendi prosperitatem.  
Animalia etiam, quae sana ratione carent, ipso morentur  
impulsu, ea, quae nocent, evitandi, quae autem presenti-  
appetendi; Multo magis igitur homines sana gauden-  
tes ratione omnem uanabunt operam, suam felicita-  
tem ad summum fastigium extollere; prid. quod desi-  
derium cura, et studium, felicem se reddendi, promptissi-  
mum sane rationis est indicium.

Sunt vero externam felicitatem ad asequendam deitatis  
nullares aptior videtur, omnes homines divitias sitiunt  
singuli opes anhelant, universi fortunas ut sibi con-  
gerant, omnem morent laudem.

Ita certe est, auditores, aureum illud jam vivimus  
seculum, quo omnia, quae ad externa spectant bona, auro  
argento, opibus ac dilitiis parati solent, atque effici.  
Experientia, omnium rerum optima magistra, statim  
superior demonstrat auri ac dilitiarum auxilio res esse

10

confectas; quae omnem fere transgreduntur fidem.  
Alii rem testigie nostraeq; et atatis faciem descripsisse  
divine videris poeta, canens: O cives! cives! quae  
renda pecunia primum. Virtus post numeros.

*Iustitia, animi candor, mentis integritas; reliquae  
virtutes tanti hanc valent et praestant, quod opes ac  
dixit;* Itudre id ipsum quidem est, quod homines  
ad querendas dicitas facilius proferunt impellit ratio-  
ne; paucissimi vero intelligunt, nesciunt intelligere ro-  
lunt, operac dixit humana infelicitatis saepe ori-  
ginem esse, atque causam.

*Mortales cum clare gestiunt dixitias, et gravissimas  
una cumulant animi perturbationes; Apposunt opes et  
simul exitii viam sibi aperiunt; Infantis instar, qui  
cultellum armiprens ignorat, eundem sibi damno atque  
dolori esse futurum: quae de re, ut penitus confit  
pace rectra, Auditores breviter surdictur.*

*Operac dixitio iher sc quidem non sunt peccata illa,  
qua humana felicitati aduersetur, vel necessario quodam rux  
infelicitatem aliquam inferat. Sunt dixitiae prioritatis spe,  
cimeri, iuris merito accepte turbabeneficiis, que a supremis  
Numinis manu proficiscuntur.*

*Abraham, Isaaco, Iacob, Iacobi, Salomoni, aliisque ex-  
mice pietatis viris coelestis ille benefactor de pro-  
bitatis remuneracionem operes equitas, facultatumque co-  
piam longe excellentissimam impertitus est; quidque quod  
cumulum grasi adsevit. Possidebant igitur dixitias hi  
ipse familiarium populorum principes, tantum autem  
aberat, ut opes perturbarent ipsorum mentes, ut  
potius omni tranquillitate uerentur. Tenebant  
substantias, nec tamen ipsis erant noxa aut ex-  
tib; sed prebebant dixitie et usum, et delicias.*

11

10.

et multifariam felicitatem. Ios. sunt certe  
opes insigni esse monumento, ut noce quae largam  
multar res et utilis, et laude dignissimas perage-  
di prabent occasionem.

Vonne homo, externis opibus et divitias ita mu-  
nitus, ut anxiis curis atendi corporis supercedere  
possit, nonne, inquam, eo maiorem, et gera omnem,  
et aram sue anima tribuere potest? Nonne et aliis  
qui rictum, qui restitutum multo labore ac sudore  
quarere coguntur, praefectio auxilie q; suo succurre,  
ve, totique societati viribus suis abundantibus  
solatic erispergunt? Possent sane;

Sed eheu! dolendum, nullaque lacrimarum  
fontibus ratis deplorandum est, optimam rem  
pesime posterisq; in abusum trahi, idque, quod for-  
tanam hominum stabilitate, munire, et tueri de-  
bet, somitem e. se atq; materiam infinitarum  
infelicitatum.

Tanta enim oppressit humanum genus coecitas  
et corruptio, ut ne utilissimis qualem maximeq; salu-  
taribus rebus eo, quod fas est modo et ordine ut i-  
noverit.

Circa modum ignis, ~~ad~~ <sup>ad</sup> communis usus ad  
necessarius est, ut eo ablato, plurima pars rerum  
creatarum peritura eset, per hominum malitiam  
expissime ineffabilem proquirit calamitatem: sic  
etiam homines operac divitias sapientiam male  
usurpant, ut loco felicitatis, qua divitiarum be-  
neficio frui possent, summam sibi exinde contra-

**H**abent infelicitatem.

**Q**ui in quem ritiorum labyrinthum plurimi homini  
num divitiae possiti deducuntur? ob nefandas  
mortalia libidine fortunae bona haud frequenter  
quid: quod rarissime sola possidentur, aut plenius  
socium, eumq; iniquissimum dulci eximissione gresso  
forent socium aut exrenatum superbian, aut foedam  
avaritiam, aut detestabilem voluptatem. Nam o  
pistibus suis semper lassitudine inordinatos affe  
ctus, impotentes, cupiditate, nullare magis  
quam divitiam affluentia atere et nutrire, in  
domita, qd haec maledere potest.

**H**ac haec causa est et scaturito mali, ob quam  
oper ad divitiae homini infelicitati sunt et deti  
mento. Romani donec tunc fortisque vacabant opie  
bus, et largissimo divitiarum provenientia destituti erant,  
fortissimi jure suo vocabantur milites, tantumque  
virtutis et fortitudinis sibi pepererant famam,  
laudem, et gloriam, ut Romanum nomen totus terra  
rum orbis admiraretur, reliquisq; populis panico esset  
terror.

**N**osteia autem, innumeris gentibus rictis, cum ma  
ximis undique congererent operas, aurii argenteique  
incredibili pondere, nec non provinciarum agro  
rumque ingenti numero locupletarentur, Attale  
cisque divitiarum copius aucti essent, tunc primo  
insolens eorum animos subiit superbia honorumq;  
ariditas, quam ut consequerentur, ut sati spe  
etarentur, et ad coelum usque extollerentur,

12. 13

luxuriam colebant et voluptatem, solennes in-  
suetabant ludos, epularum apparetur magna  
ficerentia, vestium pompa, eodium splendorem; pau-  
lo post, dictaphis hac ratione opibus, et diminutis  
dixit, accedebat avaritia, cires premabantur,  
provincia vexabantur, incole elici piebantur.

**C**ontra! Tunc jam non secundum Cenium moribus  
antiquis statuit res romanae vires, sed imminebat  
interitus, eranescerat fama et gloria, virtutem  
pristinam et fortitudinem expulerat luxuria. Pau-  
tur Opes ac libidinis ipsae erant summa infelicitati.

Sed quia Romanos ex orco retrocesserunt, plenimodo  
ter eadem legunt vestigia. Quarunt opes, quaestus  
impetrant, impetratas male collocant; Indulgent  
genio pravisque libidinibus; Exciunt omnes virtu-  
tes, abit justitia, excedit temperantia, erudit  
sumilis animus; Exultat rereundia, erumpit  
modestia, carum autem in locum foediissima suore-  
dunt vitiiorum genera, junioribus pariter ac senio-  
ribus etate penitus exitiabilia.

**P**udeat itaque, dixi, qui operas suas ac dixitias,  
tam iniqua colladant ratione! Vnde sane estis, quibus  
datum erat a coelesti proridencia, felicissimam  
degere vitam, reveras fortunare domos, ter alio-  
rum lapidas erigere, egestate pressor sublevare, bo-  
nisque mentibus, quarum sutor saepe paupertas  
estropitulari; Ita deo, ita hominibus, ita consci-  
entia grata et salutaria exhibenda erant officia;

Reddenda profecto olim serera dispensationis  
ratio. Bene itaque, qui bona, sibi a Deo credita  
administrant, laudem consequentur, bonisq; cumu-  
labuntur temporanis agre ac aeternis.

Cesis ejusmodi felicitatem negligat nichilque  
habeat? Cesis unquam studio facta insuffia in-  
currere exceptaverit? Incurrunt autem, si huius ipse  
fabricantur, qui, virtute spreata, vitiis sequuntur.  
succurrite itaque vestris opibus, quibus abundantis  
egestate vexatis; Solamēni impuniti pauperes  
musas, quarum gratia mens infinitis rotis, Nomina  
Vestra, et Deo et hominibus commendabit, seppi-  
ternisque de practicabit laudibus.

Sunt tamen, immo vero sunt, Camenates,  
atque patroni, qui sic praeditio, suis beneficiis  
suae ope anhelantes Camenarium cultores  
sorent, recreant, atque ex abundantia felicitate  
sua, felices reddant, quorum semper honor, no-  
menque suum, laudesque manebunt.

Cultoris bonarum artium cum  
lacione comparatio. Engel.

Vix quaque tam obessa naris, rerumq; omnium tam  
 ignarus eset? Auditores, quem Jasonius juvenis illius celebrer-  
 rimi notissimum in antiquis monumentis fugeret nomen?  
 cuius fama, ob suscepturn laudatu longe dignissimum,  
 memorabilem scilicet navigationem, abz ad Colchis expe-  
 ditionem longe latet, per totum terrarum orbem percre-  
 buit. Multa quidem in ipsa expeditione, cuius descri-  
 ptione occurvere, quae fidem rei magis derogant, quam  
 adducunt, non est negandum; sive ipsorum aureum vellus,  
 sive dracones ignem eructantes, sive alias hujus fari-  
 nae circumstantias consideres. Paulo attentione vero  
 animi tante illam ipsam narrationem sic pergiend aor  
 dictio neque proterea quo ingenio non caret nonnihil habeas  
 rationem, facilis negotio perspicere licet; veritatem  
 sub involucro latenter minime naufragari. Singulare  
 iste hoc Jasonius exemplum mihi semper arrigiose, quid quod in  
 delicias fuisse, eo minus disimilare queo, quo magis mihi  
 persuasum habeo, vix elegantior em juvenis studio inveniri  
 posse, quam lac ipsa in Jasonius descriptione. Verba itaq;  
 in presentia justice factura, haud affotonum mihi visum est,

Si comparationem aliquam, bonarum artium cultoria, excellentissimum eruditio[n]is theaurum pedulo vagitantur, cum Jason, aureum illud vellus, multis laboribus expetente, pro viribus instituam. Ingeniu[m] mei aciem, quod forte, ut facile p[ro] video, fugiet, vixtra, Viri grandissimi, quam jam alios magnificis, indulgentia suppeditat, atq[ue] favor.

Jasonis originem quodsi primo contemplamur, stigie praeceatum fuisse regia, et quidem ab effrone, celeberrimo quodam Thessalico Rege animadvertisimus. Hic tam splendido generis ortus, juvenili[us] animi elationem, gloriag[ue] cupiditatem eo magis ad praeclariora, quae suscipienda expedienter inflammabat atq[ue] estimulabat. Petia[re] matrib[us] eius bonam hanc animadvertisens Jasonis indolem, ad dirigiendum tunc temporis, omnium sermone celebratum aureum vellus (quod Plutarchus venas interpretatur metallicas) quin somitem subseret generosa menti; ut alia causa silentio transcam, nullam praefermisit occasione. Quilibet sane adolescentis, qui artium libe[r]talicum se tradit disciplina, Jasonem reprobatur si datur, quamvis enim a quolibet litterarum cultore nolide dictum esse proficacia, minime requiritur. Si obsecro etiam locu[m] natu[m], et in studia incumbere, et summum eruditio[n]is attingere fastigium, non mengi, non viribus immortali[ti] consecrare licet, hac tamen ratione, qui praeclarissimum illud sibi sanger ante oculos non sit

exemplum, audentig, quo præciosissimum illud aureum vel  
lustri artuum videlicet ingenuarum consequatur thesau rum, fla-  
grat desiderio, Jasoni similis iure meritoy habendus est qui-  
cunq; litterarum studijs. Ingenium, indoles, solerterezz  
atramq; in studijs faciunt staginam, quæ vero nec hæreditate  
sunt, ut alio patrimonii accessiones, comparantur lege, nec  
ad eorum parentum illustrium attribuuntur beneficio, sed soli  
Deo naturæ debentur. Omnibus itaq; patet ad illas armarum  
sacra aditus, quibus haec ipsit, vel lava mea, vel crassa  
Minerva fuit ostaculo.

Jason vero priuilegiam ipsam in navigationem  
aliorum gentilium suæ tunc tauris studio partier accessos  
ad eam arcesserat expeditionem, qui simul in nave, quæ  
Argo dicebatur, ascendebant, ascidensq; inter se certarunt  
mutuatione. Et hoc imago est, sacerdos Palladii se-  
retorius. Levata quoque voluntate, quanti pœnitentia, little-  
ris addictus (juvenis), rōrem ergo descendere posset ad perpe-  
tualam studiorum suorum expeditionem. non enim solum sed mul-  
ti circumdatu est comilitonibus, qui eodem in suscep-  
to socii atq; auxiliatores, ut nōc qui animo alacritatem  
magis magis accedunt, in vicemq; alter alteri, vigilando,  
lucubrando, atq; laborando, palmarum præcipientem conatur. In  
eo quidem differunt a Jasonis sociis, qui gloria. Quidem non  
vero aurei vellevis participes redduntur. Cultor e con-  
tra rōrum honorum artuum, quicunq; illa fuerit, sine alterius  
detrimento, pro nova conditione in finum suum colligere,

augere, iisdemque gloriari potest atque splendescere. Nulla sic certe regnat invidia, sed laudabilis amulatio; quod vero dulcissimum, quod iucundius quam eorum locatum esse in familiaritate concertio, qui communibus studiis inescati atque in nutriti, amicis utentes conjecturare, eundem perservantur signum; eodem virtutibus fontes: nondem eruditissimis doctoribus? Hoc vita litterariae continentum, haec summa animi dignitati continentia voluntas conjecturata delectamentum.

Falleris autem si Japonem iam aquora provinciarum peragrantem omnibus solutum curios, liberumque laboribus opinari. Multas profecto tempestates procellas, ventorumq; inveniar ille fuisse subvendas in proposito est. Eadem conditione etiam juvenem tangit litterarum deeditum. Incepit enim multoties lata secula; inter syllam navigare saepius viciatur atque Charybdis, illudque Poeta: multa tulit, secundum puer, sudavit et alit, quid sit, et aorsum quadra, aquadiana edocetur experientia.

Nihilo tamen secius omnes isti Japonis labores in easum occidissent, insig; indecessa licet ad libertatem diligentiamque sedulitate, rarum felici et viuis fuisse successu, nisi favorem amicitiamque sibi conciliasset Medea suju enim fultus consilio pariter atque auxilio, in eo est progressus ut omnia ei ex voto cederent, insig; putatissimum sic laboris finem, autem minimum velleris consequeretur possessionem. En veram denuo hominis studio delineatio nem. Nonne et hic aliorum consilio

19  
18.

egit atq; manu dictione: At in eunq; etate intellectus vo-  
luntatisq; vires formandas, infinitas, cura sustinendas sunt,  
ut nulla hora sine linea transigatur. Sed si quis in dieo nova  
imperanda aliando propositi enatatur. Et hoc opus ihic  
labor est fidelium, venez cordatorum Preceptorum. Hi  
sic post dei parentum, praevidentiam iis sunt, qui in  
expeditione Musarum filium, fidei instrumento consilio,  
rectum ostendunt tramitem, omnia remedia supradictant,  
opportunitam, per rastafios in illud bonarum artium  
cinecum devendi praebeant occasionem.

**D**racones igitur eructantes, plerumq; veteros iis  
ad iungebant, vel adfingebant rebus, quae maxima cura  
atq; vigilancia custoditas describere surceperant. Fa-  
soni scari ratione ejusmodi si obtulisse dracones;  
suo more traxit antiquitas, qui multa cautione atq;  
cautione atq; prudenter prius erant tollendi, quam illud  
obtinere retrus felicium Barbarum; rudatos, ignorantes,  
ingenii tenebras, errores, et que sunt hujus generis alia,  
ille sunt dracones, quo ad deviniendo a juvencis stu-  
dito consecrato, inde laeta solertia, profunda curodo,  
fondit fervidus praezenz desideratus animus.

**N**ovo vero major istius modi labor quo longior  
occupatio, quo difficulter est studium: eo insigne tantum  
est ipsa victoria, que undique quosdam partum  
sursum. Omnis enim feliciter exantatis laboribus,

capiose Jasonis impetratur desiderium, aureum indebet  
 deponeret vellus victor, lauro redimitus tempora, ad  
 Penates revertebatur, regnumq; ascendebat solium. Quidam si  
 itineris molestia, navigationis tot implicata laboribus  
 diuturnitas, periculorum horro deterruerat, nunquam  
 voti compros fuisse reditus. Eadem fuisse magni animi  
 ratio in Musarum cultore exquiritur. Jasonis enim expe-  
 ditio, praeceps tantum exigebat annos, ad illius vero soli-  
 de peragendam expeditionem ab exhortis per longam annorum  
 seriem laborandum est atque vigilandum. Quidam vero stu-  
 diis iste perfundit domo litteratus, aquosum tandem  
 etiam finem, venie scilicet traditionis consecutus thesa-  
 rum, quo deinde magnifice ornatus patria sua consecrat  
 officia, suam perfulit felicitatem, fructusq; profusa  
 suae diligentiae colligit exortati opes.

Neq; vero hic anima agendum est impetrando, ri-  
 misq; securu. Jason enim, nisi propt; aurei vellere dixerit  
 onem, prima ablatu occasione, in fuga aquosum fah-  
 tem, in regis Colchiorum, qui quodvis loco illi struet  
 insidias, aureumq; illud vellus iterum detrahere tentabat  
 in ead reget manus. Prava confitit, vecoso otium dispo-  
 lutus sedentium animus, de vegetabilis illa multorum  
 juvenum pectus atque puericus, blandiens voluptas, libido,

luxuria, hōstes illi sunt infestissimi, ad quos evitando  
 litteris dicatur iuueniō omnem moveat laudem, neceſſe est.  
 Illi enim nec mordet nec revives nocte diesq; laborant,  
 quo tanti pretii theſaurum huic erigant, e manib; uoz  
 extorquent. Maxime prouida ſane hac in re advertenda  
 videtur vigilancia, multi enim voluntatim abz; vicio-  
 rum capi: blanditius, veram dum gentes perceperint  
 cruditionem, inſigniter decipiuntur. Vel enim nunquam  
 in veram illufarum perveniant familiam, vel ſi perve-  
 nient, ad uitia relazij; oleum et grecam pependunt,  
 et pro Junone ruborem caputante, in gloriamq; imas o-  
 minum malorum peregrinantur ruinas, omnesq; per  
 totam fere vitam fortuna deſtituuntur.

Quo vero dum ſupremi Numiniſ; auſſtricio, consilioq;  
 et Parentum et Praeceptorum jam in Academiam tanquam  
 ad expeditiō nem ſtupendioſimum eruditio niſ; inde deponatur  
 rūs theſaurorum, jutroſiſci mecum conſtitui, tantum abeft,  
 ut me, cum meum fuſcepſum longe inferioris eſt generis  
 cum Faſone illo illuſtri, fortisq; mox congarare audeam,  
 ut juvius, tenacitas memor, vela lucentiſione contraham.  
 Sciat̄ vero ſtupendium eſe videtur, non oſtruma quaq; ad ini-  
 tandum ſibi proponere, ita nemus ſane erit, qui gravius  
 id exigit, mihiq; det criminis, ſi clarissimi tuus Fa-  
 ſone exemplum ad imitatiō nem eligere in dieſq; ante  
 oculos proponere nullus dubitu. Laudabilis ardor, et cupid v;

ad velluo illud aureum dirigendum fasto nem inflammat,  
thesaurum eruditioris consequendi, idem mihi est sepius  
vixia est solitus, ubi aureum illud velluo, artium  
ingeniarum thesauros maxima custoditur vigilancia, quem  
inde, post fine cuiusdam detinimento fidelibus doctorum  
percepit invenerit, atque consiliis omni superata quaera  
sum deportatus. Dilectioni mei comitantes, eandem  
meum ascendentes in navem, Socii mei sic in expediti-  
one multo laboribus circumdata, constantes erunt comi-  
latores.

*Ascendite itaque quum primum mecum in na-  
vem comitantes, armis in Gymnasio nostro a solertissi-  
mis Procuratoribus jurove instruti, ad te mecum intre-  
jide laborem, nullas timete difficultates, quo tandem la-  
boribus superatis, expeditione gaudete, victoriam re-  
gustate, cum aureo illo vellere solidae eruditiores atque  
scientiarum ornamento atque præmio in patriam ad Dei  
gloriam, rei publicæ salutem ad nostram infam reverti  
prosperius animi delicationem.*

Germania pacem anhelans.

Förster.

P.

Præsentem patris nostræ statum, auditores, accu-  
tore animi lance perpendiculari mili alma nostra ma-  
ter Germania, apparuit, g̃ra doloris plena e tumidis oculis  
lacrymarum r̃sum fundebat atque diu immobilis filen-  
tid, tristi tandem s̃no hac moesta verba, repetitis sapientis fin-  
quibus interrupta, proferre ridebatur. O turbulentissi-  
mam præsentium rerum faciem! quodsi pristinum mei im-  
perii statum cum præsenti consero, quantam prodolor!  
conspicio dissimilitudinem! quam hilari fronte in  
antiquioribus seculis meos liberos ritam pacatam  
et concordem agentes cernebam! quam contristato  
vultu in præsencia carissimos cives inter se acerrime  
dissidentes alterumque alteri iratum armata manu-  
rim inferentes animadverto! Eiusmodi status va-  
riatio non potest non in mea mente excitare solli-  
cititudinem, anxietatem et dolorem, qui omnia per-  
meat membra et obortis lacrymis internum palam  
testatur moerorem. Oter gratergre beatos veteres  
mei regni incolas, g̃ros aurea et diuoterna pax coro-  
navit, q̃ribus apud penates securè habitare licuit.  
Contenti eo, g̃ro benigna Dei manus locigre nativu-  
m p̃peditabant, neminem laeblebant; sed cuique su-  
um tribuere robis cura coreligre erat. Indutrius

agricola incurvo terram exercebat aratro eamque conse-  
 rebat, spes fretus fore, ut agri opimas cum honore collig-  
 gat fruges. Exerto autem in confiniis bello omnes  
 apsi ad arma gerenda pugnaces viri roburgre juven-  
 tutis, pro patriæ salute militiam uno animo fixi,  
 ciebant. Unde evenit, ut solum mea gentis nomen ha-  
 stibus insicerit terorem eumque gravissimum.  
 Veteres Romani, ori universum terrarum orbem  
 felici armorum suorum successu protrivisse et  
 subjugum misisse insolentes gloriati sunt, me-  
 od incolas subigere nullo modo potuerunt; sed  
 limites per amplio imperio suo hic positos esse  
 ingente frequenter copiarum suarum clade  
 animadreverentur. Hunnorum quidem iterata  
 incusiones et violenti impetu posterum tem-  
 pore meos cives terruerunt: quippe qui haud  
 secus ac flumen, grod ripa transverso et  
 aggeribus pertulitis per aperitos ruit eam,  
 post multagre retinetur mole; sed, quid quid  
 obsterit, spumiferis undis lacerat atque sub-  
 vertit, fines innumerae sere copias transgressi  
 meam regionem tam barbare obtruerunt faro-  
 re, ut rex illa resisti potuerit ratione. Inter-  
 secto tamen atro tempore invicti eorum exer-  
 citus Henricorum Ottonumque virtute, in-  
 primis autem incolarum meorum concordia de-  
 victi, fugati, quid? grod ad intercessionem usq[ue]  
 deleti fuerunt. Quo facto meas fines tur-  
 bare amplius et lassificare non tentarunt. Re-

bis itaque bene compositis et in ordinem redactis  
per longum temporis internallum floruerunt, vi que-  
runt; Unius vultus una mens, unum pectus omnibus  
inesseret videbatur, quod tactissimum sane manimentum  
naturae hostis nec ariete, nec seruo perfringere raleat.  
Quodsi autem oculorum uicem ad presentia tempora  
conseruo, gram miseram civium mortem arma manus  
in se ipsos ferentium conspicio conditionem. Hic  
hanc felicioris cum infelici statu permutatio,  
nem considerante membra gelido parore percol-  
luntur, rigent come, faucibus vox haret. Cive  
ubi Germania, alma nostra pares dixerat, moe-  
rone concussa in genuit, tacuit et nube grase ob-  
tecta evanuit.

Quilibet restrum, auditore sponte fatebitur, et a  
dem nostram in tempus incidisse, quod certe turbulen-  
tissimum est. Inter sacrum adiungre constituti si-  
mus. Simul enim ac patria pater Carolus VI, cuius  
beata memoria in omnium pectoribus ahiuc rite-  
ritam cum morte commutavit. tempestas, ore  
Imperio Romano cuius jam iam imminuisse videtur,  
statim erupit. Hoc lactabamur, forte, ut diffiden-  
tia, ut disceptationes, que inter imperii Princi-  
pes obversabantur viro adhuc Imperatore benigno  
componerentur: sed inopino ejus obitu subitum  
exarsit belli incendium, quod cum e continent  
expontus non oppressum fuit consiliis, indo-  
mitis universam Germaniam inuenit flammis.

Flebilis certe et lugubris est praesens carissima patriæ status. Cui communis lingua et communibus utuntur legibus, qui communem conjunctio alias viribus hostem repulerunt, armis sc̄i ipsi conte-  
runt. Concordia fugit, Pax exultat! Mars horridus  
nostris in terris sedem siccissimæ ridetur. ubique enim  
nulli nisi armati apparbet viri, fulminant arma,  
sonusque casta, committuntur prælia urbes obſi-  
duntur et expugnantur. Tantum aberit, ut in  
Principum jura et postulata ingriamus eaque di-  
judicare audeamus, ut potius quo civem decet  
obsequio, ad rem exegrandam auxiliatrices, prouer-  
vires cuius valent, manus prebeamus. Quorum  
sedula salutis publicæ cura vel inde incutenter  
apparet, quod imperium Romanum, capite orba-  
sum, digno Imperatore. Carolo VII. nimis ru-  
rifico ornauerint. Cirroq; lugemus sunt tristia  
dissensionis bellum mala firmo enim stat talo, nullam  
bello neesse salutem. Bello florentes vastantur ur-  
bes, pagi cremantur, occiduntur indole. Guermodi  
misérā terrarum faciem, grās cunq; in partē  
Germanie oculos dirigam, anima derto. Ambusta  
fumant tecta, gemunt in cinere templa pristino  
decore flammis spoliata, retustissime et pulchri-  
mæ urbes lamentabile querulenter excidium. Cirro  
destructa domo si midu' circumragatur, fugatus  
diruta casa hinc illuc erat colonus. Turbata  
jacent commercia, jacent passim inculti absq;  
semine campi. Operta cadaveribus squallidet.

terra, rutila occisorum cruentore spumant gla-  
mina. His igitur belli malis vexata et tantum  
non oppressa Germania citum atque stabile pacis  
pignus expectat, optat, anhelat, ut exacerbati Princi-  
pum animi denuo conscientur, et prisca restau-  
tur amicitia. Cuiusq[ue] civium jucundam anxiæ desit,  
clerat quietem, ut arter exercere atque mercature  
tutus operam dare great. Vagabundus famigre,  
pressus agriculta bonis supinis manibus implorat  
Aumen, restituat alman pacem, ut humilia mapu-  
lia securius habitare aratisq[ue] terris mandare  
semen et horrea ubere messe replere possit. Nostra  
quidem Saxonia amoena pacis otio, quod Dei est  
gratia, sed augustissimi Augusti tutamine huc  
eumq[ue] usq[ue] est. quod tamen, quo in vicinia ra-  
gina vacuos videmus; terremus bellique incipitis  
exitus insti ardentibus totius Teutonia rotis  
nostra quoq[ue] adjungimus. Neumq[ue] ter optimum  
terre maximum poplitibus flexi suppliceo  
actoramus, ut Principum pectora conjungat,  
poplitibus benigni compositis turbidus impe-  
rit. Romani status in ordinem redigatur. Candide  
pacis usus pignus præstantissimum est; Pax tuta  
innumeris longe potior victorios. Florente paci  
oliva floret equestris, floret civilis, floret  
agrestis oido. Hys prime autem pacis otio Musis  
sunt jucundissima, ut pote q[ue] attum amant  
silentium, armorum vero strepitum sugiunt.

Q[uod]a propter et nos, q[ui]ri Musarum choro an,  
 numeramur, affiduis benignum Dei Nomen p[ro]re,  
 cibis rogamus; imploramus; flagitamus, ut  
 post discordie bellige nubila, concordia  
 et pacis solem retucere jubeat splendidiorem,  
 ne rauco tuba bellicae sono oliveti terrea-  
 mur; sed ab ore perturbatione molitus stu-  
 diis placide et tranquille vacare possimus.

De Arte MedicinaBarth.

**P**ivina providentia, que nutrit atque conservatrix est omnium rerum, id in primis curat, ut continuo societas rinculo humanum genus conservetur. Societas autem humana contendit, ut alter alteri manum praebeat auxiliastricem. Tam diversas hominum actiones atque negotia, quae ad vitam cultumque spectant, si animadvertisimus; intelligimus, societatem fore nullam, si quis rebus, quae tam multis et singulis competent, unus vararet operam nec secula quidem, quod haud ullum tam rile est officium, quo prorsus carere queamus; ad edificanda munera esse sufficiuta. Neus itaque et natura saluti humanae egregie prospicerunt eo, quod par tile quasi omnes inter se dirident negotiorum genera. Eligendis enim muniberis carita inest animorum inequalitas, ut alter id amet, quod alter negligit, et ut alter negligat, quod alter praoptat. Non desunt, qui herculeis scilicet addicunt laboribus; nec dubito, quin idem numero sint majores, quam qui molliя sectantur negotia. Vivere pro vincere conditioneq; sua optimum elegisse vultat et id efficit, ut contentus, quod siem posset, nisi rerum permutetur status, quod profitetur, proficatur. Si mentem ad studia, qua sine dubio ut maxime necessaria, ita utilissima omnino sunt, voco;

corumque varias considero disciplinas, quamlibet suos  
habere admiratores, facile perspicio. Alii theo-  
logiam, quae leges præscriptaque tractat divina, se-  
ctantur; aliis, quae habilit justitiam, juris pruden-  
tia amidet; Philosophiam, intellectum quae enu-  
eleat, alii colunt; alii artem medicam, quae in  
homine valetudinem corporis, post laesum corruptam,  
qua sieni potest cura, conservare studet, imbibunt.  
Namquam autem quae magis necessaria, quae uti-  
lisima quae jucundissima horum studiorum omnium  
casu sit disciplina, affirmare non audeam; id ta-  
mè intelligo, suam quæcumque in his trahere volupta-  
tem. Ego quidem artem medicam omnibus aliis pre-  
fero, de qua et in presentia verba ferere, eo mi-  
nus dubito, quo certius mihi persuasum est, hoc  
argumentum haud injurandum nemini non pla-  
citum. Artes medicam et in medico ipso, et  
in morbis, et in remedio divini quid omnino ha-  
bere, nemo ibit inficiat.

Originem certe a Deo ipso traxit, quod tam exem-  
pla, cum uno sua potentia nutu potuisse viribus  
tamen remediisque sanavit naturalibus. quam  
syracidis oracula medicum Deus constituit,  
manifestant. Hac illa est ars, quae naturæ an-  
q[ue] virtutes, et structuram corporis perci-  
tatur artificiorissimam; quæ in primis perspe-  
ctam optime habet sanitatis fragilitatem,  
curamque et conservanda et redintegranda  
salutis scite adhibet.

Quidem non nescio, discersum hominis a Deo corpori  
 bus humanis, uti mortem, sic prodrorum mortis, morbos  
 se variisque contagia contraxisse: at enim vero divinam  
 veneror gratiam atque proridentiam, qua ut labi huic  
